Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36491
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

109

riendo uerius uiuat exultat. Ad regnum quippe non potest nisi in
terposita morte transire. Et idcirco et confidendo quasi ambigit.
et quasi ambigendo confidit. et gaudens metuit. et metuens gau
det. quia scit quod ad brauium quietis non perueniat, nisi hoc quod intia
cet cum labore transcendat. Sic nos cum morbos a corpore re
pellere cupimus tristes quidem amarum purgationis poculum
sumimus. Certi autem de subsequenti salute gaudemus. Quia
enim peruenire corpus aliter ad salutem non ualet, in potu libet
etiam quod tedet. Cumque amaritudini inesse uitam animus conspicit,
merore turbatus hilarescit. Dicatur ergo. Ubi audierit bucinam
dicit uah. quia praedicator fortis cognito certaminis nuntio et
sic homo ad uim percussionis trepidat. pro spei tamen certitudi
nem ad premium remunerationis exultat. Sed nequaquam ad hoc pas
sionis bellum incautus existeret, nisi eandem passionem inten
ta cogitatione meditando perueniret. Malum namque quod consi
lio peruenitur, decertanti contra se animo ex ratione subicitur.
quia tanto quisque minus aduersitate uincitur, quanto contra illum
prosciendo paratus inuenitur. Sepe enim graue timoris pon
dus usu leuigatur. sepe mors ipsa sic inopinata perturbat.
ta deliberatione peruenta laetificat. Unde et recte de hoc
equo subiungitur. Procul odoratur bellum. Ac si apertius dicatur. (l. x / Id sit quod dicitur procul odoratur bellum.)
Idcirco quodlibet certamen exuperat, quia mente certamini
ante certamen parat. Bellum quippe procul odorari est. aduersa
queque longe posita cogitando prenoscere. ne fortasse uale
ant inpulsa superare. Hoc bellum procul odorari discipulos
Paulus admonebat cum diceret. Uosmetipsos temptate si es
tis in fide. ipsi uos probate. Ac si aperte preciperet dicens. Persecutionum
certamina ad mentem reducente. et cordis uestri intima atque
occulta pensantes, quales in supplicia existere ualeatis in
uenite. Hoc bellum sancti uiri procul odorantur. quando et in pace